

vel minime operetur, si ejus integra vis (motuum scilicet) prorsus extincta fuerit.

§. 6. Id quod cuiilibet observare licet, qui tales curratu difficiles morbos meilleri conatur, atque nihil perficit; verum omnibus suis indicationibus, quamvis accuratis, omnia contraria obvenire observet, numquam autem id quod oportet; ita ut & in medicationibus, & in remediorum indole, valde contrariam quandam operationem, e consveta multo diversam, intentionique suae omni modo absconam contempletur; in quibus & hoc clare perspiciet, quod natura, quasi omne remedium respuens, valde contrario impetu contra ea feratur; id quod naturae ipsius repugnantia est, prouti quidam apte eam olim appellavit; quae est contraria medicamentorum operatio, minime vero illa, quae iis consveta & naturalis est, quae corporibus illorum aegrotantium inest, qui a morbis jam confecti sunt, atque a naturae debilitate originem suam trahit, qua praesente vana esse omnia, vanumque remedium omne & medicamentum esse,

o.

jam